Universitat de Girona
Biblioteca

1089, abril, 24

Dalmau Gaubert, Berenguer Pere i el germà d'aquest, Ramon, defineixen a Sant Daniel un alou situat a la parròquia de Santa Eulàlia de Pujals <dels Cavallers>.

ASD núm. 14, perg. orig., 135 x 215 mm.

Notum sit omnibus hominibus futuris et presentibus qualiter ego Dalmacius Gaucberti cum Berengario Petri et Raimundo fratre suo uenimus ad placitum cum Arssende abbatissa Sancti Danielis et ceteris sanctimonialibus inibi degentibus, de ipso alodio quod iniuste auferebamus prefato cenobio. Unde nos recognoscentes quod iniuste auferebamus eis, definimus et euacuamus totum ipsum alodium cum omnibus ad se pertinentibus prescripte abbatisse et ceteris deouotis. Est au tem prefatum alodium in comi ta tu Gerundensi, infra terminos parroechie Sancte Eulalie de Pugals, et sunt terre, uinee culte et ereme cum arboribus diuersi generis. Sicut habentur et continentur prescripta omnia, sic definimus et euacuamus domino Deo et Sancto Danieli.

Acta sunt hec .vrn. kalendas mai anno .XXVIIII. regni Philippi regis.

Sig+num Dalmacii Gauberti, sig+num Berengarii Petri, sig+num Raimundi Petri, qui presentem scripturam fieri iussimus, firmauimus et firmare rogauimus.

+Raimundus Guilielmi, clericus. Soniarius presbiter*. Adalbertus leuita *. + Petrus presbiter*. Arnallus ipodiachoni *.

Poncius clericus, qui hec rogatus scripsit, die et anno (s. *man.)* quo supra.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 86-87

© Josep M. Marquès, 1997